



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum sit speciale peccatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

quoque propter quem diuitie sunt secundum rationem re-

neceffe est commensurari fini, sicut medicina sanitati, ut patet per Philosophum in 1. Polit. Bona autem exteriora habent rationem vtilium ad finem, sicut dictum est. Unde necesse est, quod bonum hominis circa ea consistat in quadam mensura, dum scilicet homo secundum aliquam mensuram querit habere exteriores diuitias, prout sunt necessariae ad vitam eius secundum suam conditionem: & ideo in excessu huius mensurae consistit peccatum, dum scilicet aliquis supra debitum modum vult eas acquirere, uel retinere: quod pertinet ad rationem avaritiae, quae diffinitur esse immoderatus amor habendi. Unde patet quod avaritia est peccatum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod appetitus rerum exteriorum est homini naturalis, ut eorum quae sunt propter finem: & ideo in tantum vitio caret, in quantum contrinetur sub regula sumpta ex ratione finis. Avaritia autem hanc regulam excedit, & ideo est peccatum.

AD II. dicendum, quod avaritia potest importare immoderantiam circa res exteriores dupliciter. Vno modo immediate, quantum ad acceptionem, uel conseruationem ipsarum, ut scilicet homo plus debito eas acquirat, uel conseruet. Et secundum hoc est directe peccatum in proximum: quia in exterioribus diuitiis non potest unus homo superabundare, nisi alteri deficiat, quia bona temporalia non possunt simul possideri a multis. Alio modo, potest importare immoderantiam circa interiores affectiones, quas quis ad diuitias habet, puta, quod immoderate aliquis diuitias amet, aut desideret, aut delectetur in eis. Et sic avaritia est peccatum hominis in seipsum: quia per hoc deordinatur eius affectus, licet non deordinetur corpus, sicut

alijs virtutibus, quibus homo idoneus redditur ad mutandum statum, puta, cum quis ad fortitudinis actus praclaros experientia teste, in bello conspicitur praeparatus, ut propterea dignus sit praesentibus alijs. In omnibus enim huiusmodi mensuratur appetitus pecuniae: ex vita hominis secundum suam conditionem, ut patet. At si quis insufficienter diues pro naturali felicitate consequenda ex solo appetitu ascendendi, & gloria, cumulat pecuniam praesentis conditioni superfluas, proculdubio immoderate ferat amore, sicut illi qui solo amore lucri negotiantur. Viri quoque namque appetitus sine fine est, quoniam tam ascendere, quam lucrari, absolute sumpta termino earent. Et sicut non sic contingit appetentibus lucrum pro opportunitate vitam suae familiae, aut necessitatem patriae, quia mensuratur eorum appetitus ex bono economico, aut politico: ita non sic accidit illis, de quibus praedictum est, quod cumulant pecuniam ut habeant superiorem statum consonum suae virtuti. Mentitur quippe horum appetitus ascendendi penes quantitatem suae virtutis. Et propterea isti postquam ascendunt ad gradum suae virtutis consonum, quiescent, & non cumulant iterum, ut ascendant ad regnum, utpote excedens virtutem suam. Qui vero sola libidine ascendendi, & gloriae cumulat, cum aliqui nati fuerint domini, iterum cumulant, ut aliorum consequantur, & sic in infinitum. Et per haec patet solutio obiectionum. Vtrum autem hi qui illicite cumulant, propter solam libidinem ascendendi, peccent mortaliter, in articulo ad secundum differeatur.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod avaritia non sit speciale peccatum. Dicit enim Augustinus in libro de liber arbitrio. Avaritia, quae Graece philargyria dicitur, non in solo argento, vel in nummis, sed in omnibus rebus quae immoderate cupiuntur, intelligenda est: sed in omni peccato est cupiditas immoderata alicuius rei, quia peccatum est spreto bono incommutabili, bonis commutabilibus inherere, ut supra habitum est. Ergo avaritia est generale peccatum.

ARTICVLVS II. Vtrum avaritia sit speciale peccatum.

¶ 2 Praet. Secundum Isidorum in libro. Etymol. avarus dicitur, quasi avidus avaris, id est, pecuniae, unde & in greco avaritia philargyria nominatur, id est amor argenti: sed sub argento, per quod pecunia significatur, significantur omnia bona exteriora, quorum pretium potest numismate mensurari, ut supra habitum est. ergo avaritia consistit in appetitu cuiuslibet exterioris rei, ergo vbi esse generale peccatum.

¶ 3 Praet. Super illud ad Roma. 7. Na edepiscientiam nesciebam &c.

IN articulo secundo, hoc solum notandum occurrit, quod nomine pecuniae ut est materia avaritiae, non intelligitur quicquid est pecunia comparabile, sed solummodo quicquid habet rationem boni vtilis. Ita quod cum pecunia ex sua ratione habeat rationem boni vtilis, ut principale sui generis, boni vtilis, ponitur obiectum avaritiae, ducens secum totum suum genus. Cum autem audis avari obiectum esse bonum utile tantum, memento, ut intelligas id, quod per se est de genere bonorum utilium, ut sunt agri, ovilia, armenta, & huiusmodi: quoniam per accidens etiam honor, & voluptas possunt spectare ad utilia. Ex intentione alicuius appetentis haec, non propter se, sed propter lucrum. Obiecta namque, & materiae virtutum, & vitiorum penes ea quae per se insunt, distinguuntur, & non penes ea quae sunt per accidens.

Infer. 5. ad 2. Et 1. q. 62. ar. 2. ad 2. lit. 2. dist. 34. in exp. lit. 6. Et ma. q. 8. ar. 1. ad 2. li. 3. c. 17. circa media r. 1. 1. q. 77. art. 6. ar. 3. 1. q. 1. cir. ca med. 1. q. 1. ar. 2. ad 2.

¶ Super Quaestione 118. Articulus 2.

Super

Est Augu. in  
lib. de spiri  
tu, & littera,  
ca. 4. a medi  
seal. 3.

dicit \* gloss. Bona est lex, quæ dum concupiscentiã prohibet, omne malum prohibet: uidetur autem lex specialiter prohibere concupiscentiam auaritiæ. vñ de dicitur Exod. 20. Non concupisces rem proximi tui. ergo concupiscentia auaritiæ est omne malum. Et ita auaritia est generale peccatum.

SED CONTRA est, qd ad Ro. 1. Auaritia cõnumera tur inter alia specialia peccata, vbi dñ. Repletus omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia & c.

e. 2. q. 72. ar  
tulo 1.

RESP. Dicendum, qd peccata sortiuntur speciem s̄m obiecta, ut supra \* habitum est: obiectum autem peccati est illud bonum in quod tendit inordinatus appetitus. & ideo ubi est specialis ratio boni, quod inordinate appetitur, ibi est specialis ratio peccati.

Alia autem est ratio boni utilis, & boni delectabilis; diuitiã autem secundum se habent rationem utilis. Ea enim ratione appetuntur in quantum in usum hominis cedunt: & ideo speciale quoddam peccatum est auaritia, secundum quod est immoderatus amor habendi possessiones, quæ nomine pecunie designantur, ex qua sumitur auaritiæ nomen. Verum quia uerbum habendi secundum primariam impositionem ad possessiones pertinere videtur, quarum sumus totaliter domini, ad multa alia deriuatur. Sicut dicitur homo habere sanitatem, uxorem, uestimentum, & alia huiusmodi, vt patet in prædicamentis, p̄ consequens etiam, & nomen auaritiæ ampliãtũ est ad omnem immoderatum appetitum habedi quãcumque rem, sicut \* Gregor. dicit in quadam Homil. qd auaritia est non solum pecunie, sed etiã scientiæ, & altitudinis, cum supra debitum modum sublimitas ambitur: & secundum hoc auaritia non est speciale peccatum. Et hoc etiam modo loquitur \* August. de auaritia in autoritate inducta. Vnde patet responsio ad Primum.

Homil. 6. in  
Euang. in cer  
prin. & mc.

Citata in ar  
gum. 1.

AD II. Dicendum, qd omnes res exteriores, quæ veniunt in usum humanæ uitæ, noie pecunie intelliguntur, in quantum habent rationem boni utilis. Sunt autem quædam exteriora bona, quæ potest aliquis pecunia consequi, sicut uoluptates, & honores, & alia huiusmodi, quæ habent alium rationem appetibilitatis: & ideo illorum appetitus non proprie dicitur auaritia, secundum quod est uitium speciale.

AD III. Dicendum, quod gloss. illa loquitur de concupiscentia inordinata cuiuscumque rei. Potest enim intelligi, quod per prohibitionem concupiscentiæ rerum possessorum, prohibeantur quarumcumque rerum concupiscentiæ, quæ per res possessas haberi possunt.

¶ Super Questionis  
118. Articulum ter  
tium, & quartum.

Supr. q. 107.  
art. 2. cor. &  
q. 118. art. 5.  
ad 3. & mal.  
q. 13. art. 2.  
ad 10. & 4.  
Eñi led. 4.  
per totũ, &  
led. 5. fin.

Homil. 6.  
ex canis lo  
eis in Matte  
tomo 2.  
Lib. 5. c. 1. &  
2. tomo 5.

¶ In articulo 3. & 4. si  
mul nota, qd auari  
tia, ut opponitur libe  
ralitati, nõ est ex suo  
genere peccatũ mor  
tale, sed ex fine, si. f.  
pecunia amareur, ut  
ultimus finis. Et ideo  
in litera dicitur, qd  
tunc est peccatũ mor  
tale, quando præpon  
tur amor Dei, quod  
propter eam, trans  
gredi quis non cura  
ret præcepta Dei.  
Hæc enim declara  
tio ex communibus

ARTICVLVS III.

Vtrum auaritia opponatur liberalitati.

AD TERTIUM sic proceditur.  
Videtur, quod auaritia non opponatur liberalitati, quia s̄p illud Matth. 5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, \* Chryl. dicit, qd duplex est iustitia, una generalis, & alia specialis, cui opponitur auaritia. & hoc idem † Philos. dicit in 5. Ethico. ergo auaritia non opponitur liberalitati.

¶ 2. Præter. Peccatum auaritiæ in hoc consistit, quod homo transcendit mensuram in rebus possessis: sed huiusmodi mensura statuitur per iustitiam. ergo auaritia

directe opponitur iustitiæ, & nõ liberalitati.

¶ 3. Præ. Liberalitas est uirtus media inter duo vitia contraria, ut patet per † Phil. in 2. & 4. Ethic. sed auaritia nõ habet p̄m̄iẽtũ, & oppositum, & ut patet per \* Phil. in 5. Ethic. ergo auaritia non opponitur liberalitati.

Sed contra est, qd sicut dñ. Ecc. 5. Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis: sed nõ implebitur pecunia, & inordinate eas amare est cõtrariũ liberalitati, qd in appetitu diuitiarũ mediũ tenet. ergo auaritia opponitur liberalitati.

RESP. Dicendum, qd auaritia importat immoderantiã quandiã circa diuitias modice. Vno modo, immediate circa ipsam acceptionem, & conuersionem diuitiarum, in quantum scilicet aliquis acquirit pecuniam ultra debitum aliena surripendo, vel retinendo, & sic opponitur iustitiæ. Et hoc modo accipitur auaritia Ezecl. 22. ubi dñ. Princeps eius in medio eius quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem, & auara lucra sectãda. Alio modo, importat immoderantiã circa interiores affectiones diuitiarũ, puta, cum quis nimis amat, uel desiderat diuitias, aut nimis delectatur in eis, et si nolit rapere aliena: & hoc modo, auaritia opponitur liberalitati, quemoderatur huiusmodi affectiones, vt \* dictum est. Et sic accipitur auaritia 2. ad Cor. 9. Præparentur promissam benedictionem hanc paratam esse, & sic quasi benedictionem, non quasi auaritiã, qd scilicet, ut doleat pro dato, & parum sit quod dant.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Chryl. & Philos. opponuntur de auaritia primo modo dicta. Auaritiam autem secundo modo dictam nominat Philos. liberalitatem.

AD II. Dicendum, qd iustitia proprie statuit mensuram in acceptionibus, & cõseruationibus diuitiarum, s̄m rationem debiti legalis, vt. homo non accipiat, nec retineat alienum: sed liberalitas constituit mensuram rationis generalis, quidem in interioribus affectionibus, & per consequens in exteriori acceptione, & cõseruatione pecuniarum, & emittit ne earum, s̄m quod exteriori acceptione procedunt, non obediãdõ rationem debiti legalis, sed debiti moralis, quod attendit

quod Chryl. & Philos. opponuntur de auaritia primo modo dicta. Auaritiam autem secundo modo dictam nominat Philos. liberalitatem.

AD II. Dicendum, qd iustitia proprie statuit mensuram in acceptionibus, & cõseruationibus diuitiarum, s̄m rationem debiti legalis, vt. homo non accipiat, nec retineat alienum: sed liberalitas constituit mensuram rationis generalis, quidem in interioribus affectionibus, & per consequens in exteriori acceptione, & cõseruatione pecuniarum, & emittit ne earum, s̄m quod exteriori acceptione procedunt, non obediãdõ rationem debiti legalis, sed debiti moralis, quod attendit